



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Canones de sanctissimo Pœnitentiæ Sacramento.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

da Vnctione, quantum ad ea, quæ huius Sacra-  
menti substantiam perficiunt, obseruat, quam  
quod Beatus Iacobus præscripsit. Nec verò tā-  
ti Sacramenti cōtemptus absque ingenti scеле-  
re, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse posset.

Hec sunt, quæ de Pœnitentiæ, & extremæ  
Vnctionis Sacramentis hæc sancta ecumenica  
synodus profitetur, & docet, atque omnibus  
Christi fidelibus credenda, & tenenda propo-  
nit. Sequentes autem Canones in uiolabiliter  
seruandos esse tradit, & afferentes cōtrarium  
perpetuò damat. & anathematizat.

### DE SANCTISSIMO Pœnitentiæ Sacramento.

#### CANON I.

*Si quis dixerit in Catholica Ecclesia a Pœ-  
nitentiâ non esse verè, & propriè Sacramen-  
tum, pro fidelibus, quoties post Baptismum in  
peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à  
Christo Domino nostro institutum; anathema  
sit.*

a sup. ca.  
..de pœ.

#### CANON II.

*Si quis Sacramenta cōfundens, bipsum Ba-  
ptismum, Pœnitentiæ Sacramentum esse dixe-  
rit, quasi hæc duo Sacramenta distincta non  
sint, atque ideo Pœnitentiâ non rectè secun-  
dam post naufragium tabulam appellari: a-*

b supra  
cap. 2.  
c c. secun-  
da post  
naufra-  
gium. de  
pœ. dist. i.

CA.

## CANON III

a Ioa. 20.  
Mat. 6.  
sup. c. . &  
Sess. 6. de  
iustif.  
cap. 14.

*Si quis dixerit, verba illa Domini a Salvatoris: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentie, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit; detorserit autem, contra iustificationem huius Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Euangeliū: anathema sit.*

## CANON IV.

b sup. c. 3.  
de pœn.

*Si quis negauerit, b ad integrum, & perfectam peccatorum remissionē requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam Sacramēti Pœnitentiae, videlicet, Contritionē, Confessionem, & Satisfactionem, quæ tres pœnitentiae partes dicuntur: cui dixerit, duas tantū esse Pœnitentiae partes, terrores scilicet incusas conscientia agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangeliō, vel absolutione, qua credit quis sibi a Christum remissa peccata: anathema sit.*

## CANON. V.

c sup. c. 4.  
de pœn.  
d Esa. 38.

*Si quis dixerit, c eam Contritionē, que patitur per discussionē, collectionē, & detestationem peccatorū, quæ quis d recogitat annos suos in amaritudine anime sue, pōderādo peccatorum suorum grauitatē multitudinē, seditatem amissionem eternae beatitudinis, & aeternae damnationis incursum, cum proposi-*

*milio-*

melioris vite, non esse verum & utilem dolorem, nec preparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; dum illum esse dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium: anathema sit.

## CANON VI.

Si quis a negauerit Confessionem Sacra-  
mentalem vel institutam, vel ad salutem ne-  
cessariā esse iure diuino; aut dixerit, modum  
secretē confidendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia  
Catholica ab initio semper obseruauit, & obser-  
uat, alienum esse ab institutione, & mandato  
Christi, & inuentum esse humanum: anathema  
sit.

## CANON VII.

Si quis dixerit, b in Sacramento Pœnitencie ad remissionem peccatorum necessarium  
non esse iure diuino, confiteri omnia & singula  
peccata mortalia, quorū memoria cum debita  
& diligentí pœnitentiatione habeatur, etiā  
in occultis, & que sunt contra c duo ultima  
Decalogi præcepta, & circūstantias, que pec-  
cati speciem mutant; sed eam Confessionē tan-  
tum esse utilem ad erudiendum, & consolan-  
dum pœnitentem, & olim obseruatam fuisse  
tantum ad satisfactionem Canonicam impo-  
nendā; aut dixerit, eos, qui omnia peccata cō-  
fiteri studēt, nihil relinquare velle diuine mi-  
sericordie ignoscendum; aut deum non lice-  
re confiteri peccata venialia: anathema sit.

b sup. c.s.

c Deut. s.

CA-

## CANON. VIII.

a sup. c. 5.

b Cone.  
Later. sub  
Innoc. 3.  
c. 2. &c. c.  
omnis ve  
triusq; de  
pœ. & re  
miss.

e sup. c. 6.  
in fi de  
iustif.

d sup. c. 1.  
& cap. 6.  
de pœn.

e Matth.  
16. & 18.

f Ioa. 20.

Si quis dixerit, Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, a esse impossibilem, & traditionem humanam, a pijs abolendam, aut ad eam non teneri omnes, & singulos utriusque sexus, Christi fideles, iuxta magni cœlij b Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimæ: anathema sit.

## CANON. IX.

Si quis dixerit, c Absolutionem Sacramentalē Sacerdatis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronunciandi, & declarandi remissa peccata confitenti, modo tantum credat, se esse absolutum; aut Sacerdos non serio, sed ioco absoluat, aut dixerit, non requiri Confessionem pœnitentis, ut Sacerdos cum absoluere possit: anathema sit.

## CANON X.

Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in d peccato mortali sunt, potest atem ligandi, & solvendi non habere; aut non solos Sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus, & singulis Christi fidelibus esse dictum: Quæcumq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo; & quæcumq; solueritis super ter terrā, erunt soluta & in cœlo, & f Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis rei-

tasunt. Quorum verborū virtute quilibet absoluere possit peccata, publica quidem per corruptionem dumtaxat, si correptus acquieuerit; secreta verò per spontaneam confessionem: anathema sit.

## CANON XI.

*Si quis dixerit, Episcopos non habere ius a reseruandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atq. ideo casuum reservationem non prohibere, quominus Sacerdos à reseruatis verè absoluat: anathema sit.*

## CANON XII.

*Si quis dixerit, totam pœnam simul cum culpa remitt: semper à Deo, satisfactionemque pœnitentium non esse aliam quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse: anathema sit.*

## CANON XIII.

*Si quis dixerit, pro i peccatis, quoad pœnam temporale, minimè Deo per Christi merita satisfieri pœnis, ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis, sed neq. sponte suscepitis, ut ieunijs, orationibus, eleemosynis, vel alijs etiam pietatis operibus, atque ideo optimam pœnitentiam esse tantam nouam vitam: anathema sit.*

## CANON XIV.

*Si quis dixerit, d satisfactiones, quibus pœnitentes per Christū Iesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum,*

a sup. c. 7.

c. si Episc.

de pœn.

in c. de

cetero. &amp;

c. de mo-

nialibus.

de sen.

excomm.

cum sim.

b sup. c. 8.

de pœn.

c sup. cap.

8. 9.

d sup. c. 5.

do-

doctrinā de gratia, & verum Dei cultum, atq;  
ipsum beneficium mortis Christi obscurantes:  
anathema sit.

## CANON XV.

a supr. ca.  
1. & ca. 8.  
in fi. de  
pœn.

Si quis dixerit, Claves Ecclesiæ esse à datas  
tantum ad soluendum, non etiam ad ligandū;  
& propterea sacerdotes, dum imponunt pœnas  
confitentibus, agere contra fidem Clavium, &  
cōtra institutionem Christi, & fictionem esse,  
quod virtute Clavium, sublata pœna æterna,  
pœna temporalis plerumque soluenda rema-  
neat: anathema sit.

DE SACRAMENTO EX-  
tremæ Vnctionis.

## CANON I.

Si quis dixerit, extremam Vnctionem non  
b supr. de esse verè, & propriè Sacramentum à b Christo  
hoc Sacra Domino nostro institutū, & c à Beato Iacobo  
mento in Apostolo promulgatū, sed ritum tantum acce-  
prin & ptum à patribus, aut figmentum humazum:  
c. i. nathema sit.

## CANON II.

Si quis dixerit, sacram infirmorum d'U-  
ctionem non conferre gratiam, nec remittet  
de hoc peccata, nec alleuiare infirmos sed iam cessa-  
faer. se, quasi olim tantum fuerit gratia curationi:  
e sup. ca. anathema sit.

## CANON III.

Si quis dixerit, e extremæ Vnctionis siti  
et. vñctio